

**www.e-rara.ch**

**Adagiorvm Epitome**

**Erasmus, Desiderius**

**Coloniæ, Anno M. D. XXXIX**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-145181>

[M.]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

318      **MAGNIFICA PROMISSA.**

Ex amphitheto bibisti.      ἀμφίθῃτῳ ἐπίνοσθ.

Dicebatur in eum, qui meracius ac largius potaret. Amphithetum enim erat poculi genus, ita factum, ut quavis ex parte positum staret, nullumq; certum haberet fundum.

Zenodot<sup>9</sup>      Maschalam tollere.      μαχαλάμ αἰρεῖν.

Dicebatur qui avidius biberet. Sumptum à gestu bibonum, inter ebibendum cyathos gulam ac mentum intendentium, & altius erigentium cubitos, ne quid resideat in cyatho liquoris.

Homerus.      Vinum senem etiam uel nolentem, saltare compellit.

Admonet nihil esse tam ineptum, neque tam alienum, ad quod non inciter ebrietas.

οἶνον ἄνωγε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν.

Insanire facit sanos quoq; copia uini.

Athenæus      Vinum caret clauo.      τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν τῆ δ' ἄλεια.

Id est, Vinum non habere clauū. Propterea q̄ ebrietas nihil consulte neq; moderate uel dicit uel facit. Obruunt enim ratio, quę clauo uice sobrios moderatur ac gubernat Ouidius.

Nox & amor, uinumq; nihil moderabile suadent.

Illā pudore uacat, Liber amorq; metu.

Solidos è clibano boues.

Aristophanes.

Aristophanes in Acharnensibus περιτίθει δ' ἡμῖν ὄλεος ἐκ κλιβάνου βῆς, id est, Apponebat autem nobis totos ex clibano boues. De lautitijs affatim subministratis. Antiquitus enim in delitijs erant cibi in clibano cocti.

**MAGNIFICA PROMISSA.**

Lucianus.      Aureus in Olympia stato.

Lucianus in Pseudologista: χρυσοῦς φασὶν ἐν Ὀλυμπία σταθῆναι, id est, Aureus, ut ajunt, in Olympia stato. Quem summo præmio dignum Gręci significant, ei dicere solent: Aureus in Olympia statuere. Plato: Polliceor statuam auream tibi æqualem Delphis collocaturum.

Terentius      Aureos polliceri montes.

Χρυσῶ ὄρη ὑπὸ χιτῶν.

De ijs, qui immensa promittunt, spes que amplissimas ostendunt.

MAGNIFICA PROMISSA. 319

ostendunt. Terentius in Phormione: Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens. Vbi modo non significat tantum non, hoc est, propemodum.

Montes frumenti.

Plautus.

Ad rerum adfluentem copiam transfertur.

καπνός.

καπνός, id est, fumus est cognominatus Theagenes, quod magnificè polliceretur, quum esset pauper.

Charetis pollicitationes. ΑΙ ΧΑΡΗΤΟΣ ὑποχίσεις.

Dici solitum, ubi quis facile ac benigne promittit, iuxta illud Nasonis: Promittas facito, quid enim promittere lædit? Pollicitis diues quilibet esse potest. Natum adagium à Charete quopam Atheniensium duce, qui quiduis cuius pollicebatur.

Album panem pinso tibi.

λευκὴν μάζαν φουρῶ σοι.

Dici solitum, ubi quis magnarum rerum spes amplas ostēdit. Est enim maza panis genus. Porro Græcis album panem in delitijs fuisse, locis aliquot testatur Lucianus.

Ariolari.

Proverbio dicebatur, qui nihil adferret certi, nihilq̄ presentis emolumentum, uerum in diem modo polliceretur. Terentius: Sed ego hæc ariolor. Sumptum à diuinis, qui prædicunt euentura.

Terentius

ἐπαύλια δῶρα.

Dicebatur magna munera, quæ postero post nuptias die sponsæ pater adducebat sponso, pompæ cuiusdā specie.

Modio demetiar.

μεδίμνη ἀπὸ μετῶ.

Suidas.

Ingens & cumulatam sperantis emolumentum. In magna quidem rerum abundantia, non heminis, neque congnis, sed modio metimur. Suidas: Modio metiar acceptum à patre argentum.

Verba importat Hermodorus.

λόγος γὰρ ἐρμόδου ἐμπορεύει.

Id est, Sunt Hermodori uerba mercimonium. In eum dicebatur, qui præter uerba nihil adferret, Aut in eos, qui

qui uerba uendunt pecunia. Quod in poetis, aduocatos, sumi uenditores recte dici poterit. Natum aiunt ab Hermodoro quodam Platonis auditore, &c.

Hesperidum mala. *Μῆλα ἰσσοῦσι δὸρῆσι.*

Id est, Mala Hesperidum largiri, qui magna splendidaq; largirentur. Vergil. Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Alybantis hospitis munera.

Aut alybantij amici xenia, quoties fit, ut aliquis falso iactet se magna largitum esse, seu uerbis duntaxat, non re præstet beneficium.

Macrob.

Ad pileum uocare.

Ad libertatem inuitare, aut promissis ingentibus seditionem commouere. Macrobius: Dicit aliquis nunc me dominos de fastigio suo deicere, & quodammodo ad pileum seruos uocare. Metaphora ducta ueterum consuetudine, qua serui quum statum mutarent ac manumitterentur, capite raso pileum accipiebant.

Suidas.

Ego faciam omnia more Nicosstrati.

*Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ νικῶστρον.*

Id est, Ego cuncta more fecero Nicosstrati, pro eo quod est, egregie. Nam hunc aiunt comædiarum actorem fuisse talem, qualis apud Romanos prædicatur fuisse Roscius.

Plato.

Sponde, noxa præsto est. *Ἐγγύα ἔστι δ' ἄτη.*

Id est, Sponde, sed noxa præsto est: Nam qui pro altero fide iubet, id pollicetur, quod non sit in ipso situm, præstare, nempe fidem alienam.

MAGNI MOMENTI.

Plato.

Vel Megaram usque.

Vbi quid significamus magni pretij, nobisq; uehementer expectitum dicimus: Huius rei gratia uel in Indiam usque proficisceretur. Aut, digna res est, cuius gratia uel in Hyberniam usque nauigetur. Socrates apud Platonem: Mihi sanè tanta cupiditas est audiendi, ut si pedibus uel Megaram usque ambules, &c.

Plinius.

Dignum propter quod uadimonium deseratur.

Vbi

Vbi rem maximi momenti uolumus significare, quæque uel quantouis dispendio debeat expeti, dignam esse dicemus, cuius gratia uadimonium deseratur. Nam qui uadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse possunt.

MALEDICENTIA.

Suidas.

ἰαμβίζειν.

Prisci dixerunt pro conuitiari ac maledicere, uoce ducta ab Iambo pede, qui conuitijs repertus est, impetum ferientis atque impetentis exprimens. Vnde & hominem ad conuitiandum propensum ἰαμβηλοῦ appellat.

Στηνιῶσαι.

Est alterum a speris conuicijs incesse. Athenis erat festi quoddam, in quo ius erat disterijs & conuitijs in alios ludere. Vnde στηνῶσαι dici cœperunt, qui liberius in quempiam debachantur. Festo nomen erat στηνία, στηνὸν enim proprie dicitur, quod asperum auribusque molestum est.

Execrationes serere.

ἀρὰς ἐπιπασῆσαι.

Hesychy.

Dicbantur, qui diris deuouerent aliquem. Inde natum, quod apud Cyprios esset solenne, quoties sererent hordeum addito sale, deuouere quibus male uellent.

Mæsonica disteria.

Disteria petulantius iacta, prisci Mæsonica uocabant *θώματα μαισωνική*, à Mæsonē quodam histrione comædiarum Megarensi.

Vltra hyperbolum.

ὑπὲρ τὸ ὑπὲρβολόν.

Idest, Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat mirum in modum appetens litium. Vnde conuenit in eos, qui simili laborant morbo.

MALI RETALIATIO.

Neoptolemi uindicta.

Νεοπτολίμειοῦ τιμωρία.

Pausanias.

Idest, Neoptolemica uindicta. Siquidem Neoptolemo Achillis filio, qui Priamum in ipsis palatii focis occiderat, uicissim euenit, ut & ipse apud Delphos ad Apollinis aram occideretur.

Termeria mala.

τῶν μέρει κακῶν.

Veteri prouerbio dicuntur ingentia, maxime quoties

X mala

malia que quis in alios impegerit, aliquando in ipsius caput retaliatur. Suidas ait locum quendam esse in Caria, cui nomen Termerio, quo tyranni quandoque pro carcere soleant uti.

**Perfius.**

*Cædimus, inque uicem præbemus crura sagittis.*

Perfius Satyra 4. Id est, Vicissim carpimus & carpinur, ridemur & ridemus, mordemus & mordemur, lædimus & lædimur.

Horatius:

*Cædimus, & totidem plagis consumimus hostem.*

**Plinius.**

*Dedi malum, & accepi.*

Beticum adagium est, quo licebit uti, quoties eiusmodi permutatio uidebitur facta, ut malum pro malo sit redditum, & par pari relatum, ueluti si quis improbum generum dedisset, ac nunc item improbam recepisset.

**Terentius**

*Qui quæ uult dicit, quæ non uult audiet.*

Terentius: Si mihi pergat quæ uult dicere, quæ non uult audiet. Rursum in prologo Phorm. Benedictis si certasset, audisset bene. In prologo Andriæ: Desinant maledicere, malefacta ne noscant sua. In prologo Eunuchi: Tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimet esse, sic existimet, sciat responsum non dictum esse. Responsum enim uocat conuitium, conuitio redditum. Vulgo dicitur: Ut salutaris, ita & resalutaberis.

**Plautus.**

*Eodem bibere poculo.*

Est eiusdem affici incommodis, malisque communibus obnoxium esse. Plautus: Ut senex eodem hoc poculo, quo bibi, biberet.

MALVM CONDVPPLICATVM, AVT  
RENOVATVM.

**Plato.**

*Ignem igni ne addas.* Μη πῦρ ἰδίαι ἄνθη.

Id est, Ne incendium incendio addas. Plato lib. de legibus 2. uetat, ne pueri ad annum usque duodeuigesimum uinum bibant, ne si uini calor accesserit ad feruorem atque ardentis, ignem igni suggerere uideantur.

*Ignis non extinguitur igni.*

Πῦρ οὐ σβέννυται πῦρ.

Id est, Igni non extinguitur ignis. Malum malo non tollit.

tollitur, ira non sedatur iracūdia, sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur, iniuria beneficio uincitur.

*Oleum camino addere.*

Hieronymus.

Malo fomentū, ac uelut alimoniam suppeditare. Hieronymus ad Eustoch. Vinum & adolescentia, duplex est incendium uoluptatis. Quod oleum flammæ adijcimus?

*Oleo incendium restinguere.*

ἐλαίῳ πῦρ σβεννύειν.

Id est, Oleo restinguis incendium. Dicitur solitum, ubi quæ ea admouet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Veluti si quis offensum iurgij & conuitijs uelit placare. Quod si dicatur ἐῖρωνικῶς, nihil differret à proximo.

*Hydrum secas.* ὕδρα ἴμεναι.

Plato.

Dictum est loco, Inanis opera.

*Malum malo medicari.* τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν.

Sophocles

Est malum aliud alio malo tollere.

*Morbum morbo addere.*

Euripides

Est conduplicare malum. Euripides:

μὴ νόσῳ τὴ μοι νόσον.

προσθῆς, ἄλλῃ γὰρ συμφορᾷ βαρύνομαι.

Ne tu mihi morbo laboranti, alterum

Appone morbum, nam fat hoc premor malo.

Δυστέρων ἐπαύεις ἢ νόσῳ νόσον.

Id est, Alterum accumulasti morbo morbum.

*Lutum luto purgare.*

πυλῶ πηλὸν καθαίρει.

Id est, Lutum luto purgari. Dicitur, ubi res sordida sordibus tollitur, hoc est, quum sordes non tolluntur, sed mutantur.

*Pro cæco exoculatus est.*

Aristoph.

Quum uidemur corrigere quod dictum est, sed altero uerbo, quod uel idem polleat uel magis etiam lædat, ueluti si quis dicat. Non furatus est, sed uiolauit. Aristophanes in Pluto: μῶν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἤρπαξας. Id est, An non furatus es, sed rapuisti?

Herodot<sup>9</sup>.

Post Marathonem pugna.

μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχην.

Id est, Post Marathonem prælium. Vbi quis post calamitatem in aliam nouam rursus incidit. Marathon locus est Atticæ, crebris cladibus insignis, ubi acerrima pugna fuit cum Persis. Simile huic: Post bellum tumultus.

Phocylides.

Lis litem ferit. Ἔεις δ' ἔειπ' ἀνθρώποις.

Id est, At lis feritur de lite uicissim. Resecanda iniuria est, non retalianda.

De fumo ad flammam tendere.

De eo, qui se à rebus dubiis in præsens exitiū coniicit.

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Δίκη δίκην ἔτιπτε, καὶ βλάβην βλάβην.

Senarius in rixosos &amp; litium auidos.

Fallatia alia aliam trudit.

Sumptum à consuetudine connantium fallere, ac dolis confarcinantiū, ne deprehendantur. Vnde consutis dolis dixit Plautus. Et sutelas appellat huiusmodi technas. Et apud Homerum, δόλος ὑφαίνειν, id est, Dolos texere.

Refricare cicatricem.

Aristotel.

Quære loco Lacescentis.

Ilico hyems erit.

Εἰ δ' ὁ νότος βορέαν πλοκαίσειν, ἀντίκα χειμῶν.

Id est, Ilico hyems fit, ubi boream accersuerit auster. Vbi malū malo successerit, aut ingēs periculum imminet.

## MALVM VERTENS BENE.

Nunc bene nauigauī, cum naufragium feci.

νῦν εὖ ἐπλευκα ὅτε νεωάγκηκα.

Id est, Nunc bene nauigauī, posteaquam naufragium feci. Quoties id quod uidetur incommodum, fortuna præter spem uertit in bonum.

Laqueus auxiliari uidetur.

ἀμύνει ὡς τοικὲν ἢ πᾶρην.

Id est, Laqueus ita ut uidetur, & bono fuit. Dicitari conuenit, quoties incommodum alicui uerteretur in bonum.

Veluti

Veluti si quis Turca bello captus seruiret apud Christianos, isq; hac occasione nostrę religionis sacris initiaretur. Aut si diues ad inopiam redactus, hac occasione fieret ex Iuxurioso sobrius, ex impio pius.

Bellum haud quaquam lachrymosum.

ἄδακρυς πόλεμος.

Id est, Bellum lachrymis carens. Vbi victoria contigit citra cædem & sanguinem. Effertur etiam ad hunc modum. Incruentum statuit trophæum.

MALVM ASSVETVM.

Callum ducere.

Prouerbiales metaphorę sunt: Callum ducere, & Occalescere, siquidem ad animum torqueantur. Quintilianus libro duodecimo: Et ingenio adhuc alendo callum inducere. Sepicule legimus apud Tullium, occalluisse aures, quum assuetudo sensum mali adimit.

Dies adimit ægritudinem.

Terentius in Heaut. Quod audio vulgò dici, Diem adimere ægritudinem hominibus. Sophocles: Tempus enim facilis deus. Videlicet q̄ omnia leniat, molliatq;.

Quod male fers, assuesce, feres.

Euripides: χρόνος μάλα ξείνός ἐστι. Id est, Tempus dolorem leniet.

Malorum assuetudo.

Qui malis assueuerit, ac permulta tulerit, commodius fert & aliud, si quod inciderit infortunium. Ad id conueniet illud Homeri:

Iam tuli & antè mali multum, multumq; laborum

Fluctibus & bellis, age & hoc accesserit illis.

Neq; enim ignari sumus.

Vbi quis ad tolerantiam præsentium incommodorum animat sese præteritorum malorum recordatione, non infestiuiter usurpabit illud ex Odyss. γ. πῖθλαθὶ δὲ κραδίη καὶ κύντερον ἄλλο πῶς ἔτλης, id est, Obdures animam, & quondam grauiora tulisti. Id æmulans Vergilius:

O passi grauiora, dabit deus his quoq; finem.

Durate, & uosmet rebus seruate secundis. Idem:

O fortes, maioraq; passi Mecum sæpe uiri.

X 3 Hora.

Quintil.

Terentius in Heaut. act. 3.

quod tempus non minuat.

Homerus.

Homerus.

326 MALVM ACCERSITVM.

Horatius: Non ignara mali miseris succurrere disco.

Plautus.

Nota res mala, optima.

Dictum est autem sub persona senis, suadere conantis amico, ne uxorē tamen si malam repudiaret, aliam ducturus, propterea quod plerumq; fit, ut qui commutat primū, pro malo peius accipiat, tum ignotum pro noto, insuerit pro familiari. Tantum enim ualet assuetudo, ut mala quibus assueuerimus, optima uideantur. Contra, quæ sunt optima, propter insolentiam pessima uideantur.

Vsus est altera natura.

Nihil hoc dicto celebratius: ἔτ' ἄλλη φύσις, id est, usus altera natura. Natura nihil efficacius potentius ue. Vnde Satyricus: Custode & cura natura potentior omni.

Lucianus.

Scarabeo citius persuaseris.

Θᾶσον ὁ κενθᾶρος ἂν μετὰ πειθεῖται.

Id est, Citius scarabeum in diuersam sententiam pertraxeris. De ijs qui malis assueuerunt, à quibus reuocari non possunt, eò quod assuetis uideantur optima.

MALVM ACCERSITVM, AVT RETORTVM.

Lucianus.

Iliensis tragædos conduxit. ὁ ἰλιὸς τραγῶδης ἐμίσθασε.

Vbi quis ultro prouocat quempiã, unde sua audiat probra.

Plautus.

Suo iumento sibi malum accersere.

Qui ipse sibi malorum est autor, suo iumento sibi malum accersere dicitur. Tanquam suo sumptu suaq; opera, quasi suoapte plaustro, malorum sarcinam apportet sibi.

Terentius

Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo.

*Ter. Adelph. act. 5. sc. 8. Hic sibi autem dicit in in fine agitur in dem.*

In eum, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suoapte inuento dolo ue capitur.

Ouidius:

Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires. Heu parior telis uulnera facta meis.

Suo ipsius laqueo captus est.

Metaphora sumpta ab ijs, qui instructis pedicis, auibus, aut feris insidias tendunt.

Terentius

Suo ipsius indicio perijt forex.

*Ter. Eunuch. act. 5. sc. 7.*

Terentius: Egomet meo indicio miser quasi forex hodie

die perij. Donatus admonet esse proverbum in eos, qui suapte uoce produntur. Atque hinc existimat ductam esse metaphoram, quod foricum proprium sit, uel stridere clarius quam mures, &c.

*Incidit in foueam quam fecit.*

David. psal. 7.

In Odis Dauidicis: λάκον ὠρυξε καὶ ἀνίσταται αὐτόν, καὶ ἐμπιπᾶται εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο. Lacum fodit, & aperuit eum, & incidit in foueam quam fecit.

*Captantes capti sumus. αἰρῶντες ἡρήμεθα.*

Id est, Captantes capti sumus. Quum res præposterè euenit, ut ipsi circumueniamur ab ijs, quibus conabamur imponere.

*In uenatu perijt.*

Lucianus: αὐτὴν ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄργας. Id est, Et ipsa uenatu perijt, hoc est, dum adolescentem uenatur, studetq; irretire, etiam ipsa sese perdidit.

Lucianus.

*Hanc technam in teipsum struxisti.*

Eandem sententiam aliter expressit Lucianus:

*ὥς ἐσὸ φισμα κατὰ σαυτὸν συμτέθεικας.*

Id est, Itaq; commentum in tuum ipsius exitium reperisti. De hæredipeta, qui ueneno quo fencm appetiuerat, ipse fortè fortuna captus interiit. Utendum erit, quum dolus in alterum excogitatus, in caput auctoris recidit.

*Qui inspuerit in cauernam formicarum.*

*ὡς ὁ πῦδας εἰς μυρμηκίαν, οἰδᾶ, δ' χεῖλη.*

Id est, quod qui inspuerit in agmen formicarum, huic intumescunt labra. Torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillium quidem, sed tamen numerosam & concordem prouocant.

*Ex ipso boue lora sumere.*

Plutarch.

*ἐκ τοῦ βοῦς τὸς ἱμάντας λάμβανεν.*

Qui quo lædunt quempiam, ab ipso quem lædunt, accipiunt. Metaphora sumpta ab agricolis, qui lora cædunt è boum tergoribus, quibus boues uinciunt.

Viro Lydo negocium non erat, at ipse foras profectus parauit.

528 MALVM ACCERSITVM.

ἀνδρὶ λυδῷ πρᾶγμα ἄσκησεν ἢ ἄλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπὶ τῷ.

Dici solitum, ubi quis impatiens ocij, ipse sibi negocium ac turbam accersit.

Talia gignit bellum.

τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμον ἔσχευε,

Similia bellum calamitosum perijt. Docet hic senarius; E diffidjs eorum qui rempublicam administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad priuatam discordiam, plusculum habebit gratiæ.

Cicero.

Securim iniicere.

Dicuntur, qui uehementer lædunt ac uulnerant.

Aristotel.

Sibi parat malum, qui alteri parat.

Ipse sibi mala cudit: quisq; alijs mala cudens. Nemo potest alterum iniuria afficere, nisi prius lædat seipsum. Qui alium fraudat pecunia, seipsum spoliat bona mente, grauius seipsum lædit quàm alterum.

Athenæus

Chius dominum emittit. χίος ἀπότην ὠνήστω.

Id est, Chius dominum mercatus est. In eos quadrabit, qui sibiipsis malum accersunt. Natum inde, quod quum Chij primi seruis mercenarijs instituisent uti, postea subacti à Mithridate Cappadoce, proprijs seruis uincti sunt traditi.

Cellius.

Mala attrahens ad se, ut cæcias nubes.

κακ' ἐφ' αὐτὸν ἔλκων ὡσεὶ κακίας νέφος.

Id est, Sic mala sibiipso, ut cæcias nubem attrahens. In eos, qui sibiipsis litium ac negociorum materiam pariunt, accersuntq;. Ducta similitudine ab eius uenti natura, cui nomen cæcias.

Suidas.

Omnes attrahens, ut magnes lapis.

πάντας γ' ὑφέλκων οἷα μαγνήτης λίθος.

Id est, Cuncta attrahens, haud aliter ac magnes lapis. Ducta metaphora à natura lapidis, ferrū ad se trahentis.

Ne quid suo suat capiti.

Terentius.

Ter. in Phor. Pro eo quod est, ne quid mali illi cõciliet.

In cœlum expuit.

Ἐσὺρανὸν πύει.

Id est, Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut, Obloque

loqueris his, qui facile possunt ledere. Confine illi: Aduersus stimulum calcitrare.

Spontanea molestia.

Celebratur inter Græcos cum primis bellus, & elegans trimeter:

λυθαίρει λυπ' ὄστιν ἢ τίκνον ἄσπορά.

Id est, Ultroneus dolor est parare liberos. Dicitur non potest quantum, & quam molestum negocium sit, educare filios præsertim cum adeo pauci sint, qui parentum officio respondeant.

~~In tuum ipsius malum lunam deducis.~~

ἐπὶ αὐτοῦ πῶν σελήνην καθέλεις.

Aglaonice quæpiam, quum per Astrologiam defectus præciperet, iactabat se lunam è cælo detracturam in terras. Atque eius iactantiæ pœnas dedit. Prouerbiū igitur hinc sumptum dicebatur de his, qui suis ipsorum artibus sibi malum accerferent.

Lunam detrahere.

τὴν σελήνην καθέλεις.

Id est, Lunam detrahit. Consuevit dici de eo, cui res uehementer aduersæ uiderentur. Sumptum ab Aglaonice, ut supra.

Dares Entellum prouocas.

Hieronymus.

Conueniet uti, si quando quispiam iuuenili temeritate iacessit aliquem, non perinde promptum ad suscipiendum certamen, uerum intolerandum, si semel inierit. Sumptum ex V. Aeneidos libro.

Atlas cælum. ὄψιν αὐτοῦ τὸ οὐρανὸν ἔχει.

ἄτλας τὸ οὐρανὸν.

Subaudiendum, suscepit. Dicitur solitum de his, qui sese magnis & molestis inuoluunt negocijs, ipsi sibi malum accersunt. Nam hic cælum hospitio suscepit. Deprehensus autem, quod illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum.

Accersitum malum.

ἐπίσπασον κακῶν.

Homerus.

Dicit, ubi ipse tibi causam præbueris. Homerus Odysseæ decimo octauo.

Coruus serpente.

κόραξ τὸν ὄφι.

Aesopus.

X 5

Vbi

Vbi quis suo ipsius inuento perit. Sumptum ex apologo quodam Aesopi. Coruus esuriens serpentem in aprico dormientem conspicatus rapuit, a quo morsus perijt. Cognatum ei: Coruus scorpiū. Torquere licebit & in hominem ob edacitatem periclitantem.

Bis interimitur qui suis armis perit.

Magis dolēt incōmoda, quibus ipsi dedimus occasiōē.

Idem.

Colubrum in sinu fouere.

ὄφρυ ἐν τῷ κόλπῳ δάλλειν.

Id est, Serpentem in sinu fouere. Dicitur qui completitur amore, studioq; prosequitur ingratum. Sumptum ab apologo quodam Aesopi. Eum Gabrias quidam lambis expressit in hunc modum:

Sinu fouebat quidam agricola uiperam

Gelu rigentem, at hæc, calorem ut senserat,

Ferit fouentem, moxq; perimit uulnere.

Ingrati ad hunc benemeritos tractant modum.

Hostis domesticus.

Vbi malum non aliunde proficiscitur, sed ex nobis ipsis nascitur.

Capra gladium. αἰξ μάχαιραν.

Subaudi, reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperiunt, quo pereant.

Pyrausta gaudes gaudium.

Χαράν πυραύτης χαίρειν.

De momētānea, fluxaq; uoluptate. Ostendimus alicubi pyraustam ad lucernas aduolantē, ambustis alis perire. Vnde natum prouerbiū: Pyraustæ fatum. In eos, qui sibip̄sis exitium accersunt.

Hieronymus.

Prudens in flammam mittere manum.

Hieronymus usurpat pro eo, quod est, sciēs expono me discrimini, malisq; obñcio.

Plautus.

Calidum prandium comedisti.

Fecisti, quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxijs ac letiferis ingurgitant cibis, postea uentris tormina sensuri.

Malum

*Malum consilium.*

Hesiodus.

Malum consiliū cōsultori pessimū. In eos, in quorū ca-  
put recidit, quod alijs perperā consuluerunt. Hesiodus:

Ipse sibi nocet is, alium qui lædere quærit.

Consultum malè, consultori pessima res est.

*Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit.*

ἢ κάμηλος ἰδίθυ μὴ ἔσται κέρατων, ἢ τὰ ὄτα προπώλισται.

Conueniet in eos, qui dum peregrina sectantur, ne sua  
quidem tuètur. Sumptum ex apologo de camelis, qui per  
oratore[m] cornua à Ioue postularunt. Ille offensus stulta  
postulatione, aures quoq[ue] resecauit.

*Sibi malum repperit.*

Homerus.

In eū, qui suo læditur inuēto, quadrabit illud Homeri:

Qui sibi perniciem uel primum repperit ipse

Vino uictus.

*Cæno puram aquam turbans, nunq[ue] inuenies potum.*

Dici solitum, ubi quis ea, quæ sunt per se pulcherrima,  
contaminat admixtis ijs, quæ sunt turpissima.

*Bellerophontes literas.*

Zenodorus.

Βελλεροφόντις τὰ γράμματα.

Subaudiendū, adfert, aut aliud aliquod. Locuserit huic  
prouerbio, quum quis literas uelut commendatitias per-  
fert, quæ cōtra ipsum sint descriptæ. Vulgò literas Vriæ  
uocant. Plautus:

Tace, nullus homo dicit, hæ tabulæ te arguunt,

Quas tu attulisti, hæ te uinciri iubent.

Aha Bellerophontem iam tuus me fecit filius.

Egomet tabulas detuli, ut uincirer.

*Ale luporum catulos.*

In eos, qui læduntur ab ijs, de quibus bene meriti sint,  
aut in ingratos. Nam plerunque solet id usu uenire illis,  
qui catulos luporum enutriunt.

*Phoci conuiuium.*

Φόκις ἔρανον.

Idem.

Id est, Phoci præmium, siue conuiuium. Diçitari sue-  
rum, ubi quis suo malo conuiuas acciperet. Aiunt Phoco-  
cuipiam filiam fuisse iam nuptijs maturā. Is procos (nam  
erant

erant complures) conuocare solitus, præmia statuebat, & conditionibus subinde nouis propositis, nuptias prerogabat. Quamobrem indignati iuuenes, Phocū in conuiuio trucidarunt.

Idem.

Puer glaciem.

ὁ παῖς κρύσταλλον.

Dicebatur in eos, qui quum retinere quippiam nō possint, nolunt tamen amittere. Veluti si quis magistratū recuset deponere, cui gerendo sit impar.

Turdus ipse sibi malum cacat.

κίχλα χίχλα αὐτῆ κακόν.

In eos, qui sibiipsis ministrent exitij causam. Siquidem uiscum, autore Plinio, non prouenit, nisi maturatum in uentre, ac redditum per auium aluum, maximè palūbium ac turdorum.

Terentius.

Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum.

*In Gell. Div. 3  
baad. ubi est Hōm*

Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat autor consilij de ducenda puella, æquum esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Translatum ab alliato rusti corum mortario. Idem: Colo quod aptasti, ipsi tibi nendum est. Id est, Tu incipiūdi autor extitisti, nūc idem explices oportet.

Faber compedes, quas fecit, ipse gestet.

Competit in eos, qui sibiipsis autores sunt malorū. Flaggellum ipse parauit, quo uapularet.

Ipsē sibi mali fontem reperit.

Sunt enim & perniciosi fontes, quorum aqua gustata mortem aut insaniam adferat.

Zenodotus

Bos aduersus seipsum puluerem mouet.

βῶς ἐφ' ἐαυτοῦ κονιάτῃ.

Siue festinat. Vbi quis ad suum ipsius malum uolens lu bensq; ducitur. Nam boues facile præbent uinciendos.

Suidas.

Echinus partum differt.

ἐχίνος τὸν ἄναβάλλει.

De his, qui prorogarent quippiam suo malo. Veluti qui creditam pecuniam comperendinant, tamen aliquando reddendam uel maiore cum fœnore. Aiunt echinum terrefstrem

restrem simulata aluo remorari partū, deinde iam aspe-  
riore ac duriore facto factu mora temporis, maiore cru-  
ciatu parere.

Nostris ipsorum alis capimur.

Athenæus

Τοῖς αὐτοῖς ὡς τοῖς ἀλισκόμεθα.

Id est, Nostris ipsorum pennis capimur. Fertur autem  
apologus huiusmodi: Aquilam ictā sagitta, quā inspexif-  
set iaculum ad imaginem pennarū effectum imitatumq;  
dixisse: Hæc non ab alijs, imò pennis proprijs capimur.  
Conueniet in eos, qui ipsi præbent occasionē sui mali.

Capra contra sese cornua.

ἢ αἰξ κατ' ἑαυτὴ τὰ κέρατα.

Id est, Capra contra seipsam cornua. Ab apologo na-  
tum. Capra quæpiam quum esset iaculo uulnerata, circum-  
spectans unde nam id mali sibi aduenisset, arcum contem-  
plans caprinis cornibus cōpactam dixit ad hunc modum:  
In meam ipsius perniciem produxi cornua.

Carpathius leporem ὁ καρπάθιος τῶν λαγῶν.

Aristoteles.

Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accerferēt. Hinc  
deductum adagium, quod quum in Carpathiorum insula  
lepores nō essent, illi curarunt importādos alicunde. Ve-  
rum ubi eius animantis magna uis increuisset, ut est mira  
fecunditas, fruges insulæ populari cōperunt.

Calidam ueruti partem. τὸ δ' ἄμὸν τῷ ὀβελῷ.

Zenodorus

Subaudiendum, arripuit. Vbi quis per imperitiam nego-  
cij, ea parte rē aggreditur, qua minime tutum fuerat ag-  
gredi. Sumpta metaphora ab ijs, qui per imprudentiam,  
eam ueluti partem manuprehendunt, quæ caleat, deinde  
offensi reijciunt, & alteram partem apprehendunt.

Cornix scorpionum. κορώνη τῶν σκορπίων.

Subaudiendum, rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos  
lædere, unde tantundē mali sint uicissim accepturi. Quæ-  
admodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda,  
uulnus accepit letale pernitq;.

Cornutam bestiam petis.

Plautus.

Qui illum lacescit, qui paratus sit retaliare iniuriam.

Cicero

- Lucianus.** Cicadam ala corripuisti. *Τέτραγα πτερό συνειληφας.*  
Cicada si presseris alas, uehementius etiam perstrepat,  
ita ne quis hominem poetam sibi faciat inimicum, Hora-  
tius Genus irritabile uatum, dixit.
- Plautus.** Irritare crabrones. *Τὰς σφηκιδας ἐφθίσειν.*  
Id dictū est à poeta in mulierū ingeniū, quibus iratis si  
repugnes, magis prouoces. Est autē crabro insecti genus,  
affine uespis pertinacissimū, aculeoq; pestilentissimo.
- Suidas.** Oclipedem excitas. *Οκτώπερον ἀνεγείρας.*  
Nimirū scorpiū, quem non nisi tuo periculo suscites.
- Aristo-  
phanes.** Anagyrim commoues. *Ανάγυρον κινῆς.*  
In eos, qui sibi ipsis malorū autores efficiunt. Anagyrum  
genium quendam existimant, qui propter uiolatum sa-  
cellum suum uicinos omnes funditus euertit.  
Suum irritat. *Ὦν ἐρίεις.*  
In auidum rixarum dicebatur. Sus enim agrestis pro-  
uocatus, recta perit eum, à quo prouocatus est.
- Diogenia-  
nus.** Leonem stimulas. *Τὸν λέοντα νύτλης.*  
Id est, Leonem pungis seu uellicas. De his qui potētem  
ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant.
- Catullus.** Ipsa holera olla legit.  
In eos quadrabit, qui suum ipsorum uitium in aliud quip-  
pam reijciūt: aut, qui sic ad scelus aliqd, quasi facti sunt,  
ut non possint non peccare. Nam olla coquendis oleribus  
nata est, & cætera.
- Vergilius.** Fontibus apros. *Floribus austrum.*  
Vbi quis optat nocitura. *Vergilius:*  
Eheu, quid uolui misero mihi? floribus austrum,  
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.  
Nam auster uentus floribus inimicissimus est.
- Plato.** Leonem radere. *Λέοντα ξυρῆν.*  
Dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant &  
illudunt magno suo periculo. Vbi pauit hoc adagium So-  
crates, apud Platonē libro de Republica I. negans se usq;  
ad eō dementem esse, ut leonem ausit tondere, & Thraisy-  
macho homini præferoci illudere.

MALVM ACCERSITVM.

Malum bene conditum ne moueris.

μη κινῶν κακὸν εὖ κείμενον.

Id est, Ne moueris malum bene conditū, siue quiescēs. In eos, qui sua stultitia sibi turbas excitant.

Mouere Camarinam. κινῶν τὴν καμαρίνην.

Vergilius.

Est sibi ipsi malum accersere. Camarina palus est iuxta oppidum eiusdem nominis, quæ siccata pestilentiam creauit, & cætera.

Pyraustæ interitus. πυραύστῃ μόρῳ.

Zenodotus

In eos dicebatur, qui sibi ipsi exitiū accersunt. Ait enim Zenodotus pyraustam infectum esse, quod lucernis aduollet, atque ita exustis alis, concidat, pereatque.

Ipso craterere.

Ipso craterere contingant mala. Dictitari solitum de his, in quos recidit, quod per insidias in alios moliebatur. Craterem enim quasi malorum fontem uocat. Vnde κρατὴρ κακῶν, id est, Crater malorum.

Docui te uinandi artem, & tu me uis demergere.

In eos quadrat, qui benefacta malefactis retaliunt.

Fecem bibat, qui uinum bibit.

Aristo

Qui fruitus sit optimis, eundem boni consulere debere deteriora.

phanes.

οἰμῶδ' ἐπιθλήῃ καὶ τὸν οἶνον ἡγίστος

πίνειν, συνειρητίον ἔστι καὶ τὴν ζύγα.

At ubi haud grauatus bibere uinum es, fex item

Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

MALVM MALE VITATVM.

Fumum fugiens, in ignem incidi.

Lucianus.

κάπνον γὰρ φεύγων, ἵς τὸ πῦρ ποθεῖ πείσον.

Dum uito fumum, flammā in ipsam decidi. Horatius:

In uitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi.

Hoc est, Dum uito grauius malum, in alterū diuersum incidi. Sumptum adagium ab Homérica fabula, quæ narrat Vlysem dum metu Charybdis propius ad Scyllam nauem

356 MALVM IMMEDICABILE.

nem admonet, sex ē comitū suorum numero perdidisse.

Ne cinerem uitans in prunas incidas.

μη τέφραν φεύγων ἕς ἀνθρακίαν πύρρον.

Id est, Ne cinerem fugiens, in carbonariam incidas.

Cucurrit quispiā, ne pluuia madesceret, & in foueam præfocatus est.

Vbi quis leuius malum incautius fugiens, in maximum incurrit.

MALVM IMMEDICABILE.

Zenodot<sup>o</sup>

Chironium uulnus. χειρόνιος ἔλκος.

Immedicabile malū appellabant. Chiron in bello aduersus centauros, ictus ab Hercule, uulnus immedicabile accepit in pede, unde perijt.

Podex lotionem uincit.

Vide ingenij malitia.

Aristophanes.

Acesias medicatus est. ἀκισίας ἰάσθη.

Dici solitū de re, quæ semper uergeret in deterius, quodque magis accuraretur, hoc prius haberet. Occasionē adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus.

Plutarchus.

Non liberat podagra calceus.

Plutarchus:

οὔτε ποδάγρας ἀπολλάτσει καλτῆριος, οὔτε δακτύλιος ποδῶν ἰσχυρῶν, οὔτε διάδημα κεφαλῆς, Id est, Nec podagra liberat calceolus nec pretiosus annulus unguium uitio, nec diadema capitis dolore. Plutarchus utitur ad hunc modum: Si diuitiæ reliquaq; fortunæ munera, non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis.

MALVS VICINVS.

Aristophanes.

Salsuginosa uicinia. ἀλμυρὸν γήρηνμα.

De sterili, agresti, atq; inhumana uicinia dicebat. Tractatum ab agris mari finitimis, qui plerunq; solent ad culturam inhabiles esse.

Plautus.

Aliquid mali propter uicinum malum.

Admonet uti bonorū conuictum & consuetudinē expecta.

petamus, à malis nosq̄ maximè possumus, abducamus.

Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces,

Plutarch.

ἂν χωλῷ παροικῆσῃς ὑποκλάσῃς μαθήσῃς.

Id est, Si iuxta claudum habitaris, disces subclaudicare. Prouerbiū admonet perniciosam improborum hominum consuetudinem uitandam.

MANSVETUDO.

Mactata hostia lenior.

Horatius.

Horatius: Mactata ueniet lenior hostia. De sp̄d̄tancis ac mansuetis. Sumptum est à sacrificiis, in quibus explorabatur hostia, ducto per frontem cultro. Id̄que mactare uocabant. Vnde, qui spectata sunt uirtute, eos mactos uirtute uocant.

Auricula infima mollior.

Cicero.

Tullius usurpat in epistolis. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius aut flexibilius.

Sedens columba. ἡ μένῃ πελάγῃς.

Suidas.

Suidas indicat dici solitum de supra modū mansuetis ac simplicibus. Nam colūbe quum auolār, fallūt ceteras pernicitate uolatus: quum sedent, nihil mitius ac simplicius.

Spongia mollior.

Ad eandem formam dicebatur, Pepone mollior. Mitior malua. Item: Cinædo mollior. Prisci saltatores & pantomimos cinædos uocabant.

Apio mollior, aut mitior. Ἀπίῃς περὶ παίτερος.

Theocrit.

Id est, Apio mitior. Est autem apius Græcis raphanus, aut pyri genus.

Oleo tranquillior. ἴσχυρῶς σαυφῆς ὑπερβολῆς.

Plautus.

In homines minimè iracundos, leniq̄ ingenio præditos. A liquoris natura sumpta.

Mitior columba. προότερος πιδαιεῖας.

Diogenis

Id est, Mansuetior columba. Columbina simplicitas nusquam ubiq̄ laudatur.

Cera tractabilior. κερῶ ὠπλατίς.

De uehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili

X tracta-

tractabilisq; & in quemuis habitum sequaci. Horatius:  
Cereus in uitium flecti, monitoribus a sper.

*Qui perhorret uerbis ista que feruntur.  
non est uerbis aut ista per se.*

M E M O R I A.

Cicero.

Iucundi acti labores.

Ex ipsa hominum natura sumptum adagium. Est enim hoc insitum omnibus, ut iucunda cuiq; sit antea cōstituta malorum aut periculorum secūra recordatio, commemoratioq; præsertim insignium fatalium.

*Quæ dolent, ea molestum est contingere.*

Vnusquisq; inuitus audit sua incommoda, maxime ea, quæ sint cum aliqua infamia coniuncta. Velut turpitudinem generis, uitium formæ, & cætera.

Plutarch.

Vbi quis dolet, ibidem &amp; manum habet.

ὅπου τις ἀλγί, κίσει καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.

Idest, Vbi dolet quis, ibi & manum frequens habet. Tempestiuiter utemur, quum significabimus quempiam ea tractare, deq; ijs libenter uerba facere, quæ mouent animum. Plutarchus huc torquet, ubi quid siue dolet siue delectat, ibi quisq; linguam habet.

Vergilius.

Aurem uellere.

Aurem uellere ueteres dicebant admonere, à prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam, aurē uellabant, attestantes eum, quem quasi testem meminisse uolebant.

*Iucunda malorum præteritorum memoria.*

ἀλλ' ἴδὲ τὸ σωθὲν ἔμεμνήσθαι πόνου.

Idest, Meminisse laborum suauē, qui seruatus est.

Ignarium dare.

Stimulis fodere, Fodere latus, Tangere aliquem cubito. His gestibus admonemus quemadmodum & uellendo aurem. De lapide pyrre tractum quem alij uiuum, nonnulli ignarium uocant. Plura quære loco, Incirare.

Martial.

Tanquam meum nomen, tanquam digitos.

Tanquam meum nomen, & tanquam meos digitos tenes, si quando promptam, certamq; memoriam significare uolumus.

Martialis:

Totis

Totis diebus Afer hæc mihi narras.

Et teneo melius ista, quàm meum nomen. Iuuenalis:

Tanquam ungues, digitosq; suos.

M E T V S E X C O N S C I E N T I A.

Fures clamorem.

οἱ φῶρος πῶ βοήγ.

Subaudiendum, timent aut senserunt. Quadrabit in eos, qui sibi consci, metuunt ne deprehendantur. Habet hoc autem cum omnis malefacti conscientia, tum præcipue furti, ut hominem trepidum reddat ac lucifugam.

Lupus aquilam fugit.

λύκος ἀετῶν φεύγει.

Diogenia  
nus.

Vbi periculum imminens euitari non potest. Aquilam enim alata quum sit, frustra lupus fugit.

Lupus ante clamorem festinat.

Idem.

λύκος πρὸ τῆς βοῆς αὐτοῦ δέ.

Vbi quis admissi conscius, ultro timet, priusquam accusetur.

Conscientia mille testes.

Quintil.

Heu quàm difficile est crimen non prodere uultu.

M E T V S P O E N A E.

Funiculum fugiunt miniatum.

Aristo-  
phanes.

τὸ χοινίον φεύγουσι δὲ μεμιλωμένον.

Id est, Vitant sinopi collitam restim rubra. Apte dicitur, ubi quis properat officio suo fungi, non ex animo, sed ne in multam incidat. Atheniensium magistratus funem parant rubro colore, quem minium uocât Latini, nonnulli cinnabarim appellant, oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes agebant in concionem. Studebat quisque funiculum effugere, propterea quod quisquis colore notatus appareret contagio funis, is multam pendere cogebatur.

Manum de tabula.

Cicero.

M. Tullius in epistola quadam: Heus tu manum de tabula. Magister adest citius, q̄ putaramus. Peculiariter conueniet in scriptores plus satis acutos, & morosæ cuiusdam diligentix qui sine fine premunt suas lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes immutantes, & cætera.

Pythagoras.

Absq; baculo ne ingreditor.  
 ἄνευ ξύλου μὴ βᾶδις.

Id est, Absque ligno ne ingrediare. Inermis ne sis, uerum semper ad manum sit quo depellas, si quis forte querat laedere.

Horatius.

Cautus enim metuit.

Qui non ex animo, sed mali metu continent à maleficio, in eos quadrabunt hæ metaphora.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;  
 Suspectos laqueos, adopertum miluius hamum.

Homerus.

In tempore cauenda pœna mali.

Quoties admonebis, ut multo antè occurratur malo, priusquam oppresserit nos, aut cessandum à peccando, priusquam ingruat diuina uindicta, usui erit illud Homeri:

ἀλλὰ πολὺ πρὶν.

Φραζώμεθα ὅσκιερ καὶ ἀπαύσωμεθα.

Verū nos multo antè modum finemq; uelimus. Ponere.

Samiorum mala metuis.

Τὰ Σαμίων ὕπερ πρὸς.

Dicitatum de iis, qui metuerent proditionem. Narrant Athenienses olim in Samios, quosunque cepissent, inclementius sæuisse, atq; alios interemisse, alios confixisse saxa. Id est supplicij genus. Samij uicissim, si quos cepissent Atheniensem, hos ad eundem modum cruciabant.

Hesychius

ὄσ volam pedis ostendere.

Τὸ κοῖλον τοῦ ποδὸς ὀσφᾶ.

Id est, Cauum siue uolam pedis ostendere. Dicuntur, qui in bello fugiunt. Dicitur & uulgò in fugaces, calcaneum ostendere. Vertere terga apud historicos.

Περὶ ὄσμιμα.

περίτριμμα probrose dicitur, qui sese per omne rerum genus uoluit. In molles ac meticulosos.

MINANTIS.

Et mecum telum cuspidem habet acuminatam.

Rectè utemur, quoties fatebimur nos inferiores quidē esse

esse, uerum non deesse tamen quo queamus nocere. **Qui-**  
**dus:** Et mihi sunt uires, & mea tela nocent.

*Sit tibi machæra est, et nobis urbina est domi.*

**Plautus.**

**Plautus in Bacch.** Quoties malum malo opponitur.  
 Nam machæra & urbina, utrunque teli genus est. **Simi-**  
**limum illis:** Par pari, & Malo nodo malus quærendus cu-  
 neus.

**Acacidine minæ.**

Non sine prouerbij specie dictum est, pro atrocibus ac  
 superbissimis minis.

*ψυδρόπυρα οἶον τὰ σαΐ.*

De minis ac terriculis inanibus, aut quum ostenditur ar-  
 te periculum, quum re nullum sit periculum. Translatum  
 à militari astutia, qua fit ut ad territandos homines noctu  
 diuersis locis ignes incendant, ut ingens exercitus esse cre-  
 datur. Eos ignes assimulatos *ψυδρόπυρα* uocant.

**Complurium thriorum ego strepitum audiui.**

*πολλῶν ἐγὼ θρίων φόφους ἀκήκοα.*

Id est, Thriorum ego strepitum audiij complurium. **Se-**  
**narius** est prouerbialis, quo minas & inanem clamorem  
 nos contemnere significamus. Porro thria à Græcis dicun-  
 tur ficulna folia, quæ quum incenduntur, minacem quen-  
 dam ædunt strepitum.

**Ollam alere.** *ψύξω ξίφην.*

**Suidas.**

Id est, Ollam alere. Dicebantur, qui metum ostenderent  
 quo deterrerent quempiam. Veluti si quis præsidium alicu-  
 bi collocatum habeat, quo minus uicini res nouas molian-  
 tur. Sumptum à more ciuitatis Atheniensis, in qua ollas  
 in tectis disponere consueuerunt, ad deterrendas ululas,  
 quarum illic maxima uis. Nam ollarum strepitum omne  
 genus auium reformidat.

**Ferrum et flamma.**

Quum exitiabile bellum significamus, ferro, flammâq;  
 rem geri dicimus, siue ferro, igniq;.

**Igni, ferroq; minari.**

**Cicero.**

Qui extremam denunciant inimicitiam, igni, ferroq;  
 minari dicuntur. Venustius erit, quoties ad animi res trans-

fertur ueluti si quis dicat philosophos cuiusdam igni, ferro  
que minitari, quod in eum parent atrociter scribere.

Aristo-  
phanes.

Tolle calcar.

Αἶρε πλῆκτρον ἀμωτήριον.

Id est, Tolle calcar ulrorium. In eum dici solitum, qui  
iam ultionem parat. A gallis metaphora sumpta pugna  
inicitur, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quo  
se tueantur inter cerrandum.

Homerus.

Qui paratus ad resistendum.

Qui significare uolet, se nequaquam detrectare certam-  
men, sed abundè suppetere quo partes tueatur suas, usur-  
pabit illud ex Iliados XIII.

Et mihi sunt hastæ teretes, clypeiç rotundi,

Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.

Theocrit<sup>9</sup>

Ne mihi uacuum abstergas.

Μή μοι κενεὸν ἀπὸ μάξις.

Subaudiendum autem γναθῶν, χεῖρα, aut simile quiddam.  
Apparet esse comminantis, aut timentis alapam.

M I R A N O V A .

Zenodot<sup>9</sup>

Agamemnonij putei.

Ἀγαμεμνόνος φρέατα.

De nouis & admirandis operibus dicebatur. Aiunt enim  
Agamemnonem & circa Aulidem, & passim in omni Gre-  
cia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia labor-  
rari posset.

Suidas.

Annus clibanum.

ἄνθος κλίβανον.

In eos olim dicebatur, qui nouæ quippiã rei reperissent.  
Nam Annus quidam Aegyptus clibanorum usum, in qui-  
bus panes coqueretur, fertur excogitasse. Siquidem prisca  
pulte, polentaç uicitabant, cocti panis usum nescientes.

Idem.

Cyziceni stateres.

Κυζικηνὸν στατήριον.

Videtur fore locus prouerbio, quum hominem signifi-  
camus inæqualem, ac sui dissimilem: aut, qui longè aliud  
agat, quàm præ se ferat. Quemadmodum numi Cyzica-  
ni ex uno latere Cybelem ostendebant effœminatam, ex  
altero leonem.

Cicero.

Cornicum oculos configere.

Is uidetur cornicum oculos uelle configere, qui perspi-  
cisti.

cissimis, oculatissimisque uisum adimat, offundat que tenebras, aut quisquis ea, quæ antiquitas magno consensu approbavit, damnare ac rescindere, conuelleretque conetur.

ἀπὸ ἀκροφυσίων.

Proverbialiter dicebatur, pro eo, quod est, recens ab officina profectum, perinde quasi modo productum à foliis, ærariaque fornace.

Glauco ars.

Γλαύκος τέχνη.

Zenodotus

Conuenit uel in opus celeriter absolutum, uel in id quod est arte summa, summaque cura elaboratum. Quidam ortum existimant à Glaucō quodam Samio. Alij à Lebico quodam, & cætera.

Tenui filo.

Horatius.

Pro stylo subtiliori, minusque gradiloqua oratione, nam rhetores tres faciunt orationis χαρακτήρας, grandem, tenuem & mediocrem, sumpta metaphora à nentibus, aut certe à textoribus. Horatius: Tenui deducta poemata filo. Cui diuersum erit, crasso filo, crassiore filo.

Agas asellum.

Tullius.

Fortasse legendum, à gaso asellum. Atque ita sensus erit, unumquēque facere, quæ se digna sint. Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus.

Magna ciuitas, magna solitudo.

Quadrabit in urbes aut domos, agros aut hortos, aut id genus quippiam, amplum quidem & spaciosum, sed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem, uerum impositum & illimatum.

MIXTA.

Πενταπλόα.

Athenæus

Athenæus libro XI. commemorat poculi genus, quod olim πεντάπλοον dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu contendebant Athenas. Currebant autem gestantes uiteum ramum onustum fructu, qui dicebatur ὄχθος. Initium cursus erat à templo Bacchi, usque ad templum Palladis, cui cognomen σκιρῶας. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum πεντάπλοον, atque

Y 4 ita

ita tripudiabat in chorea. Nomen inditum calici, quod in eo quinque rerum species essent commixtæ, uinum, mel, caseus, farina & paululum olei. Accommodari poterit ad orationem ex uarijs argumentis consarcinaram.

Copia cornu.

Vide prouerbium: Bona fortunæ.

Centones.

Vide adagium: Farcire centones.

*Uindius solus by dor massi  
Lug. r. v. d. C.*

Plato.

M O D E S T I A M O D V S Q V E.

Nosce teipsum. ἴσθι σεαυτόν.

In quo modestiæ, modiocritatisq; commendatio est, ne nobis uel maiora, uel etiam indigna sequamur. Iuuenalis: E cælo descendit, ἴσθι σεαυτόν.

Perfius.

In se descendere.

Est sua ipsius uitia quempiam inspicere. Perfius: Ut nemo in sese tentat descendere, nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Plinius.

In tuum ipsius sinum inspuere.

Iubet hominem aliena uitia taxantem, in suum ipsius sinum inspuere.

Athenæus

Ter abstergere.

Refert Athenæus libro I. priscos ad depellenda mala solitos ter abstergi.

Ἔπισ δ' ἀπ' μαξαμίνοισι θεοὶ δίδασιν ἄμφορ.

Id est, Ter uero absterfis, melius bona numina donant.

Secum uiuere.

Confine est cum illo: Tecum habita.

Cicero.

Contrahere uela.

Pro eo quod est, reprimere sese, & cautius agere. Sumptum est à nautis, qui uehementius spirante uento uela contrahunt, quo tutius nauigent: Vento languidiore pandunt captantes auram.

Porphyrus

Intra tuam pelliculam te contine.

Quo uetamur obliti sortis nostræ, maiora conari, quam pro nostra facultate. Id sumptum ab asino illo Cumano, quem

quem apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuuium  
atq; ita sese ad tempus pro leone gessisse. Martialis:  
Lufisti, inquit, satis est, sed te, mihi crede memento,  
Intra pelliculam credo tenere tuam.

*Tecum habita.*

Perfius.

Perfius: Tecum habita, ut noris, q̄ sit tibi curta suppel-  
lex, id est, Domi tuæ uiuito, ut intelligas quàm tenuis sit  
tua fortuna.

*Efficimus pro nostris opibus mœnia.*

Plautus.

Vulgo dicitur hodie, pusillæ auiculæ pusillos nidulos  
coustruunt.

*Manu serendum, non thylaco.*

Plutar-  
chus.

Τῆ χειρὶ δειπνίσειν, ἀλλὰ μὴ ὧλῳ τῆν θυλάκῳ.

Manu sementem facere oportet, non autem tota cor-  
be. Modus in omni re seruandus. Ductum ab agricolis.

*Ita fugias, ne præter casam.*

Terētius.

Terentius in Phormione. Donatus ad hunc modum  
enarrat. Ita fugito, ne tuam casam prætermittas, quæ sit  
tibi tutissimum exceptaculum. Quidam enim calore fu-  
giendi etiam ea prætercurrunt, ubi commode poterant  
quiescere. Quod unica uoce Græci παραφίρεσθαι uocāt.

*Arabius tibicen.* ἀράβις αὐλητής.

Menāder.

Aut Arabicus nuncius. In eos dici solitum, qui à semel  
cæptis nunquam desistunt. Quod uitij Flaccus cantori-  
bus peculiare esse scribit.

*Ne uities musicam.* μὴ κακέρχει πλὴν μουσικῆς.

Plutar-  
chus.

Id est, Ne loquaris discrepantia, ne noua moliaris.

*Nihil minus expedit, quàm agrum optime colere.*

Plinius.

Imò Hercle iudico modum rerum omnium utilissimū.  
Bene colere necessarium est optimè damnosum. Terent.  
in Phormione: Nostrapte culpa facimus, ut malos expe-  
diat esse, dum nimium dici nos bonos studemus & beni-  
gnos. Ne quis nimium sit iustus.

*Ne quid nimis.*

μηδέν ἄγαν.

Terētius.

Homerus:

Νεμεσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ.

Υ 5

ατδρῖ

Ανδρὶ ξενοδοίῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλήσῃ.  
ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν, ἀμείνω δ' αἰσιμα πάντα.

Mihi nequaquam is placet hospes,  
Qui ualde præterq̄ modum simul odit amatq̄.  
Sed puto rectius esse ut sint mediocria cuncta.

Plato.

Dimidium plus toto. Πλείον ἢ μισὸν πάντως.

Quo commendatur aurea mediocritas. Siquidem qui  
dimidio contentus est, is in medio consistit.

Vbi paueris, impera. Πασάμην ὅ ἐπίτασσει.

Id est, Præcipito postq̄ satiaueris esca. Ad eū modum  
respondent mulieres cuiuspiam obiurganti, quod loquacio  
res essent, & silentium imperanti. Conueniet ubi quis im  
periosior est in eos, de quibus nihil est meritis.

Seneca.

Domus recta.

Seneca domum rectam uulgo uocat, non quidem opu  
lentā & ambitiosam, sed cui nihil desit iustæ supellectilis.

Suidas.

Neq; lydorum carycas.

Μῆτε λυδῶν κάρυκας, μήτε μασιγῶν φόφους.

Id est, Neq; Lydorum condimenta, neq; flagrorum cre  
pitus. Dicitur solitum, quoties mediocrē uitæ rationem, aut  
conditionem significarent, quæ pariter & à summis deli  
ctis, & ab extremis malis abessent. Venustius erit, si ad a  
nimi res transferatur, uelut ad orationē, nec omnino ru  
sticam, nec operosius expolitam.

Theocris  
tus.

Neq; pessimus, neq; primus.

Mediocritatē hoc pacto significare licebit, ὅυτε κείνους  
ὅυτε πρῶτον, id est, Neq; pessimus, at nec primus. Lepidius  
fiet si ad ingenij laudem transferatur.

Lucianus.

Funem abrumpere nimium tendendo.

ἀπορραγῆσαι τὸ τῆνὸ μῆλον τὸ καλῶδον.

Id est, Abrumpetur tensus funiculus. In eos, qui dum  
extrema experiuntur, alienant à se eos cū quibus agunt,  
& uniuersæ rei iacturā faciunt dum plus satis attēti sunt  
ad lucrum. Furor fit læsa sæpius patientia. Huic finitimū.  
Qui nimium emungit fortiter, elicit sanguinem. Seneca:  
Bonus animus læsus, grauius multo irascitur.

Ne su

Ne supra pedem calceus.

Lucianus.

μη ὑπὲρ ἄρ' ὑπὸ δαδὸ ὑπόδημα.

Id est, Ne ultra pedem calceus. Id est, ne maiora uiri-  
bus suscipias. Aut ne magnificentius te geras, quàm pro-  
tua conditione.

Messe tenus propria uiue.

Perfius.

Sumptum facito pro modo facultatum tuarū. Ab agri-  
colis traductum, qui sumptus annuis agrorum prouentibus  
meriuntur. Ad eandem sententiam pertinet, Tuo te  
metire pede. Horatius.

Iucundissima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare. Plutar-  
chus.

πλὴς μὲν ὁ πρὸς γῆν, περιπατῶ δ' ὁ παρὰ θάλατταν ἡδίστος.

Id est, Nauigatio iuxta terram, rursus ambulatio, quæ  
fit iuxta mare, iucundissima est. Rectè torquebitur ad eā  
sententiam, ut dicamus ita demum esse iucundissimum u-  
numquodq;, si diuersi generis admixtu temperatum adhi-  
beat, ueluti si in Iusibus nonnihil eruditionis aspergas,  
rursus in studijs aliquid ludicrum admisceas.

Iucunda rerum uicissitudo.

Aristoteles.

μεταβολὴ πάντων γλυκὴ.

Id est, Iucunda rerū omnium uicissitudo. Varietas autē  
tantam in omni re uim habet, ut commendatione nouita-  
tis, interdum & pessima pro optimis placeant.

Iniquum petendum, ut æquum feras.

Quintilianus.

A negociatoribus ductū uideri potest, qui callide mer-  
ces longe minoris licentur, & multo pluris indicāt, quàm  
pro dignitate, quo precium saltem æquum accipiant. Ita-  
citat & uulgo uerbū huiusmodi: Qui annititur ut aureā  
quadrigam sibi compareret, unam certe rotam assequetur.

Summum cape, & medium habebis.

Zenodorus.

ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἔξεις.

Id est, Summa cape, & medio potieris. Admonet ad  
res summas & egregias eniti. Sic enim futurum, ut ad me-  
dio

diocritatem perueniamus.

Horatius

Pastillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum.

Horatius in sermonibus. Dicendum uel in duos, alios quos diuersis laborantes uitijs, uel in eundem sui dissimilem, nempe modo loquaciorē quā sat sit, modo impendio taciturnū, interdum pueriliter ineptū, interdum Catione seueriorem. Siquidem ut uitio dandum, si quis hircū oleat: ita adæq; uituperandum, si quis oleat unguenta. Nam pastilli sunt pilulæ unguentariæ. Alterum spurci est, alterum mollis.

Plutarchus.

Arcus tensus rumpitur.

Τὸ ξορ μὲν ὡς φασιν ὑπερτατόμενον ῥήνυται, ψυχὴ δὲ ἀντιμὲν.

Arcus quemadmodum aiunt, quum intenditur, rumpi solet: contra animus, quum remittitur.

Columella.

Oportet agrum imbecilliolem esse.

Columella lib. 1. Cap. 3. Oportet agrū imbecilliolem esse quā agricolā. Hoc ænigma sic explicuit Vergilius, specie non minus prouerbiali: Laudato ingētia rura, Exiguū colito. Nec dubium quin minus reddat latus ager nō recte cultus, quā angustus eximie. Cōueniet in eos, qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares.

M O L E S T I, I N T O L E R A B I L E S,

Ferire frontem.

Qui supra modum & impotenter indignantur, frontem ferire dicuntur.

Plautus.

Lippo oculo similis.

Video quosdam his moribus, ut eos æquo animo ferre non queas: rursus ita industrios & ad obsequium expositos, ut quoties sese offert occasio, non possis cauere, quin aliquid illis committas.

Cicero.

Ne bestia quidem ferre possent.

Prouerbialis hyperbole est apud Marcū Tullium, qui idem in Catil. his uerbis exprimit. Ne pecudes quidē mihi passuræ esse uideantur.

Tota hulcus est.

Conueniet in hominem molestis moribus.

*Improbitas muscæ.*

Homerus.

In improbum & subinde redeuntem, etiam si turpiter  
repellatur quadrabit illud Homeri ex Iliados:

Atq; illi muscæ uim intra præcordia misit,  
Quæ quamuis de pelle uiri sit sæpe repulsa,  
Assultat morsura ramen.

*Onus nauis. ἄχθος νεώς.*

In inertes & inutiles. Confine illi: Telluris inutile  
pondus.

Quos non tolerent centum Aegyptij.

Eudemus.

*ὄσ οὐκ ἄραυντ' ἄρ' οὐδ' ἐκατὼ ἀγύπτιοι.*

Id est, Quos terre nec centum queant Aegyptij. De mo-  
lestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fastu præ-  
turgidis. Inde ductum, q̄ Aegyptij pleriq; gestandis oneri-  
bus, quæstum non satis honestum factitare consueuerint.

Suidas.

*Aegyptius laterifer. ἀγύπτιος πλινοφόρος.*

Id est, Aegyptius laterum gestator. Quadrare uidetur  
in sordidum atq; infamæ sortis hominem, aut in eum qui  
molestis negocijs premitur. Argumento est, q̄ Hebræi,  
quim apud illos agerent, adacti sunt luto lateribusq; ge-  
standis, seruilem operam præstare Pharaoni. De mulis  
Marianis alibi reperies.

*In culma arare. ἰδι καλὰ μὲν ἀρῶν.*

Suidas.

Id est, In stipula arare: dicuntur, qui labore nunquam  
intermisso uim mentis exhauriunt, aut qui nunquam de-  
sinunt ab amicis petere, quod dent. Sumpra metaphora à  
nimium auidis agricolis, qui assidua cultura succum oem  
soli exhauriunt, statim à messe nouam ingerentes sementem.

Homerus.

*Qui conturbat omnia.*

In eum, qui maximas undiq; ciet turbas, apte torquebit  
turbis illud Homeri:

*πάσας δ' ὀρόδυνετ' ἀέλλας*

*παντίωρ' ἀνέμωρ'.*

Omnes omnigenum ille procellas

Ventorum ciet.

Anno

Anno senior fio.

Quoties a liquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam uulgo dicimus.

Homerus:

ἄλλα γὰρ ἐν κακότητι βροῦσι καταπράσκει.

Illico mortales inter mala multa senescunt.

Suidas.

Vt fici oculis incumbunt.

ὡπιορ τὰ σῦκ' ὡδὴ τῆς ὀφθαλμῶς ἔφυ.

Id est, Quemadmodum fici oculis innati. De his dicebatur, qui pertinaciter urgerent, premerentque negocium ali quod. Sumpta similitudine à ficis, hoc est, uitio quod oculis adnascitur, nec facile potest auelli. Accommodabitur haud quaquam ineptè in principes, & principum optima tes, & in medicantes, &c.

Aristo-  
phanes.

ἄγροισι καὶ φέρονσι.

Pro eo quod est, hostili more populantur, aut uexant. Translatum uidetur à more militari, & illic homines & iumenta aguntur, sarcinæ feruntur.

Zenodot<sup>9</sup>

Maniouro uinculo. χειροβῶν δισμῶ.

Sic quispiam appellauit manicas uestium Ponticarum, & manus offendant, atterantque.

Gellius.

Aetna, Athon.

Aetnam & Athonem montes, in molestia tædihque pro uerbiū ab hisse Lucilius testatur. Aetna mons Siciliae, crebris incendijs grauis ac perniciosus est accolis. Vnde M. Tullius dixit onus Aetna grauius. De Atho uerò, & ob in gentem celsitudinem umbra sit molestus, quam in Lem num usque trecentis distitam stadijs mittit.

M V L T I.

Theogo-  
nis.

Non una uehit nauis.

ὃ μίαν ναῦς ἄρει.

Quo conueniet uti, quoties maiorem hominum multi tudinē significamus, quā ut eos una nauis possit capere. Ve luti si dicas: Indoctos non una nauis uehat.

Plato.

Pueri senesque.

Omnes em̄ ferme huiusmodi figuræ prouerbiales sunt quæ

quæ constant ex contrarijs: Maximi minimiq; Iuuenesq;  
senesq; Dijs atq; hominibus. Horatius:

Parui properemus & ampli.

MVNERVM CORRVPTELA.

Argentanginam patitur.

ἀργυράγχη πάσχη.

Plutar-  
chus.

Natum à Demosthene pecunia corrupto, ne cōtra Mile-  
siorum legatos diceret. Quum res foret agenda, Demo-  
sthenes multa lana collo circumuoluto in cōcionem pro-  
diit, fingēs sese συνάγχη, id est, anginā pati, neq; per mor-  
bum posse dicere. Quod sentiens ē populo quispiam, ex-  
clamabat, eum non συνάγχη, sed ἀργυράγχη pati.

Bos in lingua. Βῆς ὑπὸ γλώττης.

Plinius.

In eos, qui nō audent libere, quod sentiūt dicere. Trans-  
latum uel à robore animantis, quasi linguam opprimēs,  
nō sinat eam eloqui. Vel hinc, φ Atheniensium nomisma  
quondam bouis obtinuit figuram.

Bouem in faucibus portat. Βῆν ὑπὸ γνάθοις φέρεσθ.

Gellius.

In edacem olim dicebatur. Natum uti conijcio uel à  
Theagne athleta Thasio, uel à Crotoniata: quorum al-  
ter bouem solidum solus comedit, alter in Olympijs tau-  
rum quadrimum humeris sustulit, ac stadij spatio gesta-  
uit, eumq; eodē die solus comedit. Cuius rei meminit Au-  
lus Gellius.

Lupi illum priores uiderunt.

Vergilius.

In raucum dicitur, & cui uox repente fit adempta. Fe-  
stius dicitur in eos, qui metu alicuius obticescunt, alio-  
qui feroces. Vergilius in Aegloga Mæris: Vox quoq; Mæ-  
rim iam fugit ipsa, lupi Mærim uidere priores. Seruius  
refert inesse eam uim lupis, ut si quem hominem priores  
uiderint, ei uocem adimant.

Malis ferire. Μάλους βάλλειν.

Diogenia-  
nus.

Id est, Malis petere. Dicuntur, qui muneribus assequi  
student, quod optant, aut qui donis prouocant ad amorē  
mutuum. Ducta est allegoria à fabula Atlante, quam  
Hippomenes cursu superauit, sed arte proiectis inter cur-  
rendum

352 MVNERVM CORRVPTELA.  
 rendum malis aureis, in quibus sublegendis, dum puella  
 subinde remoratur, præcessit ac uicit iuuenis.

Ouidius.

Muneribus uel dij capiuntur.

Ouid. Munera, crede mihi, capiunt hominesq; deosq;  
 Placatur donis Iuppiter ipse datis. Celebratur & hic  
 uersiculus, quem etiam usurpauit Plato:

Δῶρα Διὸς πείθει καὶ αἰδέϊας βασιλῆας.

Cum diuis flectunt uenerandos munera reges.

Vnde Seneca: Omnium esse dulcissimum accipere.

Virtutem & sapientiam uincunt testudines.

τὰ ἀρετὰ καὶ τὰ σοφία νικᾶντι χελῶνα.

Id est, Et uirtus testudinibus, & sapientia cedit. Est autē  
 uelut ænigma, innuens pecuniam longē plus posse, q̄ aut  
 uirtutē aut sapientiam. Antiquitus enim Peloponesiorū  
 nomisma χελώνη, id est, testudo dicebatur, propter inscul  
 ptam in eo testudinis imaginē. Consimili figura dictum  
 est & illud: Multas noctuas sub tegulis latere.

Aristo-  
 phanes.

Dorica musa.

Δωρικὴ μῦθε.

De munerum auidis. Aristophanes in Equitibus ioca-  
 tur in Cleontem, q̄ nullam aliam musicā discere potuit,  
 q̄ Doricā. Videlicet alludens ad notissimas harmoniarū  
 species, Doricam, Lydiam, Phrygiam, & Bæoticam.

Pecunia obediunt omnia. *Call. reg. v. d. p. h. a. l.*

Ecclesia-  
 stes.

Apud Ecclesiasten cap. 10. Proinde Horatius pecuniam

*Regina p̄p̄m  
 ma / v̄v̄ m̄m̄  
 m̄m̄t̄t̄ ām̄ l̄m̄  
 m̄m̄ v̄l̄t̄t̄ ām̄ d̄m̄  
 d̄m̄ ūl̄t̄t̄ p̄m̄  
 ūl̄t̄t̄ p̄m̄  
 p̄m̄ ūl̄t̄t̄ ūm̄  
 p̄m̄. B̄p̄p̄m̄  
 B̄p̄p̄m̄ p̄m̄ ūl̄t̄t̄  
 p̄m̄*

reginam appellat: Scilicet uxorem, cum dote, fidemq; & amicos,  
Et genus & formam regina pecunia donat.

Homerus.

Munerum corruptela.

In eum, qui rem auro donisq; aggreditur, non infestiu-  
 ter torseris illud Homeri:

Corripuit uirgam, qua mulcet lumina somno

Quorumcunq; uelit, soluit quoq; lumina somno.

Homerus.

Muneribus res agitur.

Qui dicit non esse locum recte factis & æquis rationi-  
 bus, sed largitione & assentatione omnem rem peragi,  
 poterit illud Homeri accommodare:

Et de

Et donis permagnificis, & lenibus dictis.

Argenteis hastis pugnare.

ἀργυρίαις λόγχαις μάχεσθαι.

Dicuntur, qui quum negocium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autē tam arduum quod pecunia non explicetur. Tullius: Nihil esse tam sanctum, quod non uiolari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit.

ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δὲς, ἐκφυέσκει.

Id est, Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur. Admonet adagium, non nisi multum furibus surripiendum, ut supersit quo iudicem, si fortē sit opus, corrumpāt atq; exoculent. Ceterum qui parua tollunt, deprehensi pendent, utpote quibus nihil sit quod impertiant præfectis.

Vulpes haud corumpitur muneribus.

Suidas.

ἀλώπηξ οὐ δωροδοκᾷται.

De callidis ac uersutis, quos haud facile sit obiecto munusculo, aut assentatiuncula, pollicitis uel fallere. Aues quædam esca capiuntur, uulpes non item.

Corrupta iudicia.

Homerus.

In eos, qui corrupte iudicant, aut suffragiū ferunt, aut qui per tyrannidē leges opprimunt, cōpetet illud Homericis

Qui per uim in populi cœtu communia iura

Deprauant, ac iustitiam depellere tentant,

Nil ueriti uocem diuūm.

Faba nummus.

Cicero.

Dictū est olim fabis ferri solita suffragia, quod inuuisse Pythagorā existimāt, quū ueraret edere fabas. Corrupta itaq; suffragia lepidissimo tropo significauit M. Tullius.

Guttam aspergere.

Cicero.

Quum ex magno lucro paululum quiddam alicui deciderit, guttam a spergi dicimus. Hinc & guttatim fieri dicitur, quod fit paulatim. Et guttatim donat, qui sæpe, sed minuta largitur.

54 M V N V S N O N M V N V S.

Saluete equorum filia.

Apparet ioco uulgaris fuisse iactatum, in eos qui emolumentis gratia blandiuntur.

Cicero.

Pecuniosus damnari non potest.

M. Tullius ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantum, uerum etiam apud exterarum nationes, in iudicijs illorum temporum, pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnare. Huic affine est: Romæ esse uenalia omnia.

M V N V S N O N M V N V S.

Lucianus.

Cyclopi's donum. Κύκλωπος δωρεά.

Id est, Cyclopi's munus. Pro eo quod est, munus inutile, cuiusmodi sunt ferme tyrannorum & latronum beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficii loco imputare, & aut minus aut ferius noceant. Natum à Polyphemo, cui se pius uinum dulce dederat Vlysses, spe muneris amplioris, quod promiserat ille. Vbi reposceret promissum Vlysses, hunc in modum respondit Cyclops:

Post socios mihi, postremusq; uorabitur Utis,  
At reliqui prius, hoc ex me tibi munus habebis.

Homerus.

Hostium munera, non munera.

Prisorum superstitio credidit, obseruanda uel maxime munera, à quibus quo animo mitterentur.

οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτὸν ἔβρα τῆ μπεδ δῶρα.

ἢ χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

Atq; ira ab hoste hosti ueniunt letalia dona,

Quæ studiij specie fata necemq; ferunt.

κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

Lædit, iuuat nil improbi munus uiri.

Malum munus.

κακόμ γε δῶρον ἴσον ἔστι ζυμία.

Id est, Munus malum est perinde uti dispendium. Nocet, non iuuat, qui largitur noxia.

Plutarch.

Quum Delphis sacrificauerit, ipse carnes absomit.

Δελφοῖσι δὴς ἀνὴρ ὁ τὸν εἶ κρέας.

Id est, Carne ipsa Delphis immolata uescitur. Dici so-  
litum

litum de ijs, qui uocatis conuiujs, ipsi cibos appositos deuorant, ut illis spectare tantum liceat, non uesci. In Delphicis enim sacris is qui immolarat uictimam, ea uescibatur. Adagium torqueri potest etiam ad illos, qui beneficio quod alijs dedisse uidentur, ipsi fruuntur. Ut episcopi nonnulli, nepotibus suis sacerdotia magna donant nonnunquam, sed ad pueros solus titulus redit, ad episcopos prouentus.

MVNVS APTVM, AVT INEPTVM.

Ranis uinum praeministras.

Zenodotus

βαζαχ οἷς οἶνοχ οἷς.

Ranis uinum infundis. In eum dicebatur, qui id ministraret, quo nihil opus esset ei, cui exhiberetur: ueluti si quis apud indoctos multa de philosophia differat.

Non nostrum onus, bos clitellas?

Quintil.

Prouerbium duplici forma poterit efferri: Boui clitellae impositae sunt. Vbi mandatum est negocium parum apto. Et, Bos clitellas: ut subaudias, ferat. Vbi quis deprecatur prouinciam, cui sit parum idoneus. Neque enim boum est clitellis tergo impositis, onera gestare, sed potius asinorum ac mulorum.

Negocium non aptum.

Homerus.

Qui recusat munus aut prouinciam sibi parum accommodam, aut qui negabit accersere uelle sese quempiam ad id muneris, ad quod gerendum idoneus non uideatur, usurpabit illud Homeri:

ἵππους δ' εἰς ἰθάκην οὐκ ἄξιμα.

Ceterum equos Ithacam non duxero.

Ne è quouis ligno Mercurius fiat.

Theophrastus.

οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου ἕρμῆς ἄρ γένοιτο.

Id est, Non è quouis ligno Mercurius fingi potest, id est, non omnium ingenia sunt accommodata disciplinis.

Officium humilium.

Homerus.

Quom quis recusat munus tamquam humilium, parumque sese dignum, applicabit illud Homeri:

Nam ut manea in stabulis, iam non mea postulat aetas.

Z z Apta

**Homerus.**

Apta prouincia.

In eum, qui prouinciam suscipit suis aptam uiribus, abstinens à negotio cui sit impar, conueniet illud Homeri:

Quæ manibus quadrent, ingentes corripit hastas  
Quaslibet, ast hastam solam non sumit Achillis.

**Diogenianus.**

Nauis annosa haud quaquam nauigabit per mare.

Ναὺς παλαιὰ τὸν ὄρυ οὐχὶ πλάσει.

Id est, Nauis antiqua non nauigabit per mare. In eos qui iam ob ætatis imbecillitatem, ad res arduas obeundas, sustinendaq; pericula parum sunt idonei, ac primum pereunt oppressi negotiorum magnitudine.

**Athenæus**

Putre falsamentum amat origanum.

Σαπρὸς τὰ εἶχθ' πλὴν ὀρίανου φιλεῖ.

Id est, Putrida falsamenta amant origanum. Aptè dicetur de re per se parum honesta aut iucunda, atque ob id exoticis condimentis & honestamentis egente. Veritas per se placet, honesta per se decent. Falsa fucis, turpia phaleris indigent.

**Plato.**

Ad pedem.

περὶ πόδα.

Id est, Iuxta pedem. Quod appositum & uehementer accommodatum, id περὶ πόδα dicebatur, sumpta metaphora à calciamentis, probè ad pedis mensuram quadrantibus. Suidas: Vt hoc meo negotium quadrat pedi.

Iuxta nauem.

κατὰ ναῦν.

Dicuntur, quæ digesta sunt ordine, quæq; quadrant ac congruunt, propterea quòd instrumenta nauium suo quæque loco reponi soleant. Item, Iuxta nauem carbasa. Neque enim omni nauigio quæuis uela congruunt.

**Philostrophus.**

Pygmaeorum acrothinia colosso aptare.

ἀκροθίνια τῶν πυγμαίων κολοσσῶ ἐφαρμόζον.

Id est, Acrothinia Pygmaeorum colosso accommodare. Dicebantur, qui inanem ac stultam sumerent operam, aut qui præter decorum minima maximis adaptarent. Colossi uastæ ac magnæ statuæ dicuntur. Porro acrothinia Grecis primitiæ dicuntur, quòd hæc soleant è summo aceruo tolli: ἀκροφ' summum, & εἶρες frumentorum acerui.

Vene

Veneri suem immolauit.

ἀφροδίτη ὕρ τίθειαι.

Dici solitum, ubi quis munus offert minime gratum, Inuisus enim Veneri sus, propter Adonidem illius amasium apri dente peremptum. Aut cōtrā, quum quis alium in gratiam alterius lædit.

Bos sub iugum. Βῆς ἰδὴ θυγόν.

Vbi quis assidue laborat, aut ubi quis se laborioso inuoluit negocio. Ductum à bubus agricolis.

MVNVS BONI CONSULENDVM.

Munus animus optimus.

Phurnus<sup>9</sup>

ἔτιωv δὲ τε θυμὸς ἀριστός.

Hemistichium heroicum prouerbiale, quo significatur in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ precium, sed mittentis potius animum. Et quidam monet, exiguum munus à tenui missum amico, perinde ut maximum, boni consulere.

Nihil recusandum, quod donatur.

Homerus.

Si quando dices nullum esse recusandū munus, quodcunq; que offertur, aut arripiendam esse quoties obtigerit aliquius occasio commoditatis, conueniet illud Homeri:

Donum reiçere haud quaquam decet.

Donum quodcunq; dat aliquis, proba.

Strabo.

Δῶρον δ' ὄν δῶ πρὸς ἐπαίνα.

Id est, Donū quodcunq; probato. Boni consulendum esse munus, aut officium, consilium'ue, quod offertur ab amico.

Arripienda quæ offeruntur.

Homerus.

οἱ δ' ἐπ' ὀνειδᾶς ἔδωκα προκείμενα χᾶρας ἰαλλον.

Quisquis sibi appositis, si quid foret utile, promptas Admouere manus.

Equi dentes inspicere donati.

Quum significabimus æqui boniq; consulendum, quælecunq; est quod non emitur, sed gratis donatur.

MVTANDAE SENTENTIAE.

**Plato.**

Palinodiam canere. Παλινοδία.

Est diuersum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atque in contrarium uertere sententiam. Sonat autem Græce παλινοδία quasi dicas recantationem.

**Cicero.**

Calculum reducere.

Est mutare factum, cuius te poeniteat, aut uertere consilium rei non satis cōmodè institutæ. Translatū apparet, aut à ratiocinantibus, aut quod est uero propius, à ludo laterunculario. Ad calculos uocare, est rationem inire, & æstimare. Et ad calculos reuerti, est redire ad rationem.

**Horatius.**

*Quid audiam  
satis uerbum*

Vertere uela. Funem reducere.

Est in diuersum mutare sententiam. Perſius: Quæ deſideram ſuprà, repeto, funemq; reduco. Horatius: Nunc retrorſum Vela dare, atque iterare curſus Cogor relictos. Translatum à nauiganribus, &c.

**Homerus.**

Conſilium in melius commutandum.

Si quando iubebimus mutare conſilium, utpote ſordum ac ſtultum, aut reprehendemus quippiam, ut inconſultè factum uſui fuerit illud Homeri:

Quis tibi conſilium ſubmiſit inutile tandem  
Diuorum, ſanamq; exemiſt pectore mentem?

**Plautus.**

Imitabor nepam.

Imitari nepam dicitur, qui retrocedit. Nam nepa, auctore Feſto Pomp. Afrorum ſydus, appellatur cancer, uel ut quidam putant, ſcorpium. Plautus in Caſſi. Retrouerſum cedam ad parierem. Imitabor nepam.

**Homerus.**

Reprehenſio cogitationis.

Quum ipſi reprehendimus animi noſtri conſilium, aut cogitationem parum honeſtam aut parum utilem, locus fuerit huic Homeri uerſiculo:

ἀλλὰ ἤμῳι ταῦτα φίλον διελέξατο θυμὸς.

Sed mihi cur animus ſecum hæc in pectore uerſat?

Talum reponere. τὸν πεπὸν ἀναβίωθ.

Id eſt, Rurſus talū ponere. Dicebātur, qui quod parū ex ſentētia euenerat curis, ut aiūt, poſterioribus corrigebāt,

MVTATI INSTITVTI.

Nuces

Nuces relinquere.

Persius.

Est omissis studijs ac nugis puerilibus, ad grauiora magisq; seria conuerti. Persius: Et nucibus facimus quęcunq; relictis, Quum sapimus paruos.

Ad hanc prouerbij formam pertinebunt & reliquę illa figurę: Nunquam a nucibus recedere, Redire ad nucis, Nucis abiicere, Nucis intermittere, Nucibus indulgere, Nucis repetere, atq; id genus alia.

Longum ualere iussit.

Lucianus.

μακρὰν χαίρειν φράσας τὰς ἐν αὐθιγα πῦμας.

Id est, Honoribus qui hic sunt, longum ualere iussit. Ea figura quoties ad rem, non ad hominem refertur, haud dubie prouerbialis est. Rem igitur, a qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum ualere iubere.

Rudentes & remos cum armis commutauit.

νήϊα καὶ κούρας ἀντὶ ὀπλῶν ἠλλάξαντο.

Id est, Mutarunt armis remos & nautica uincla. Conueniet, ubi quis artem aut quęstum solitum relinquit glorię cupiditate commotus, uelut si quis e nauta fieret miles, e negociatore sacerdos.

Pro eleganti medico malus poëta.

Plutarch.

ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμῶν.

Id est, Pro uenusto medico malus poëta dici cupis. In eum dici solitum, qui non contentus artis suę professione in qua locum mediocre obtinebat, pergit aliena profiteri, in quibus non perinde sit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus.

Tertulianus.

De calcaria in carbonariam.

Quoties fit, ut a re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur: siue quum ex uno malo in aliud diuersum incidimus.

De toga ad pallium.

Tertulia.

Hęc nimirum indignitas erat, a toga ad pallium, cuius duplex erit usus: uel quum ad diuersum uitę genus sese

360 M V T A T I I N S T I T V T I.  
contulerit aliquis, uel quum à fortuna honestiore ad hu-  
miliorem: ueluti si quis ex aulico fiat monachus, aut è præ-  
fecto pædagogus, è consule rhetor. Confine illi: Ab equis  
ad asinos.

Suidas.

A Dorio ad Phrygium.  
ἀπὸ Δωριῶν εἰς Φρύγιον.

Vbi quis à temperatiore uita ad luxum conuertitur,  
aut à fortuna mediocri ad maiorem strepitum. Apuleius  
floridorum libro primo palam indicat, Doricam musi-  
cam multo diuersissimam à Phrygia fuisse. Quandoqui-  
dem hæc ad religionem commouebat animum, illa ad bel-  
lum inflammabat.

Aesopus.

Maritimus quum sis, ne uelis fieri terrestris.  
Θαλάττης δὲ ἂν μῆποτε χερσαίου γένου.

Idest, Si sis marinus, abstine à terrestribus. Admonet  
non mutandam conditionem, ne in melius quidem. Mu-  
tuo sumptum ex Apologo quodam Aesopico: Cancer qui  
dam relicto mari, cœpit in agro quodam pasci, ubi fortè  
conspectus à uulpe, protinus arreptus ac deuoratus est.

Homerus.

Subito alius.

In hominem repente mutatum. Homerus:  
Hospes nunc alius mihi, quàm dudum esse uideris.

Homerus.

Vlysses pannos exiit.

Plutarchus hunc Homericum uersum usurpauit:

αὐτὰρ ὁ γυμνάθην ἑσπέων πλύμης ὀδυσεύς.

Vilibus at pannis mox est exutus Vlysses.

Accommodare licebit ijs, qui genere uitæ subito com-  
mutato è pauperibus diuites, è squalidis nitidi, è tristibus  
hilares existunt. Plutarchus torquet in adulatorem, qui  
polypi more omniũ studijs sese accommodat. Nam Vlys-  
ses simulatque pannos, in quibus mendicum apud porcos  
egerat, exutus, magnificis uestibus ornatus esset, repente  
uisus est alius.

Homerus.

Sui dissimilis.

In sui dissimilem quadrabit illud Homeri:  
Nunc alio, nunc rursus alio sis obuia uultu.

Ad bor

NECESSITAS.

Tullius.

Ad bonam frugem.

Qui cōmutatis ad meliora studia moribus, respiscunt: prouerbio dicebantur ad meliorem frugem sese recipere. Ab agris, qui culru redduntur frugiferi.

Qui multum obfuit.

Vide Infortunij.

Circeo poculo.

De homine subito in alium mutato.

NECESSITAS.

Necessitas magistra.

Suidas ex Carchedonio citat hoc prouerbiū:

Ἐπίστα δὲ δάσκει καὶ ἄμεσθ' ἢ σοφῶν.

Cautum ē rudi reddit magistra necessitas.

Necessitas excitat ingenium ad discendas artes.

Ineuitabile fatum.

Homerus.

Quod homini fatis decretū est, id eueniet. In hanc sententiam Homerus:

Post illic accidet illi,

Quod fatum. Parcæq; graues in stamine nerunt

Nāscenti, tum quum matris promergeret aluo.

Nemo cogendus officij causa.

Idem.

Nullus hospēs retinendus aduersum animi sentētiam & inuitus. Nemo cogēdus, ut cuiusquam utatur beneficio, si nolit. Dicitur ad Vlyssēm: Si maneas sponte, inuitum nemo retinebit.

Idem.

Fatum immutabile.

Diuina decreta non commutantur, humanæ leges pro tēpore uariantur, ut mores & uoluntates. Ad id cōgruet illud Homeri:

Non etenim diuūm mens uertitur astricularum.

Idem.

Fatis adactus.

In eum, qui non sponte, sed casu, ueluti fatis impellenti bus, in aliquod uitæ genus incidit, cōgruet illud Homeri: Ast hunc huc, uentusq; ferens, atq; appulit unda.

Idem.

Fatis imputandum.

Quādo hominem quempiam culpa liberamus, eamq;